

I. (Vorwort des Nikolaus, Abtes und Diakons der Kirche von Bari, zu seinem Werk über die Konstitutionen Friedrichs II.)

(ca. 1231—1239)

(1) Sumit ²⁾ eloquium nostrum ab ingenito patre principium, qui dat esse rebus, balbucientibus eloquenciam tribuit, velud in excellencie sue bonitate mirabilis virtutis presidia debilibus inpartitur. Ab unigenito vero, quem sine viri semine virgo puerpera genuit, huius prosecutio sermonis extenditur, quem utique summum doctorem gencium ³⁾ profitentes verbum nostrum sub eius doctrina prosequimur et in splendore lucis ipsius viam ingredimur veritatis. Presentis autem oracionis effectum producet paraclitus ab utroque procedens illumque reddat sacri muneris infusione prelucidum et in via salutaris studii penitus profectivum.

(2) Horum itaque trium individuam habencium unitatis essenciam laudem pro viribus extollentes, de ineffabili ipsorum ⁴⁾ misericordia spe concepta labia fiducialiter aperimus, ut quod intendit et iubet iuris sublimitas, in quantum sciencie desursum nobis tradite parvitati permittitur ⁴⁾, suscepta spiritus sancti gracia perfruamur.

(3) Sacre quidem pagine monstrat auctoritas, quod *sol refulsit in clipeos aureos, et insplenduerunt montes ab eis* ⁵⁾ estque dissipata gencium fortitudo ⁶⁾. Hunc profecto solem profiteamur dominum Iesum Christum, solem nempe iusticie, solem sapiencie, solem vite, qui velud iustus in omnibus viis suis posuit tabernaculum suum in sole ⁷⁾, ut omnibus in sua potestate conclusis iudicia secundum suam omnipotenciam exerceret cunctaque conspergeret solaris luminis claritate.

a) Am Rande nachgetragen Hs.

Daniel ... *Egressa nuper iniquitate — sumens*. Zu den ersten vier Stücken vgl. W. Meyer, Zur Korrespondenz Friedrichs II., FDG. 19 (1879) 75—80; die beiden letzteren konnten nicht identifiziert werden.

²⁾ f. 233'. — Die Kapitelzählung ist zur besseren Übersicht zugefügt.

³⁾ Vgl. 1. Tim. 2, 7.

⁴⁾ Vgl. A. Huillard-Bréholles, *Vie et correspondance de Pierre de la Vigne* (1865), Documents Nr. 107, Z. 1—2 (künftig zitiert: HB. 107).

⁵⁾ 1. Macc. 6, 39.

⁶⁾ Diese Schriftstelle, ebenfalls mit dem Zusatz *estque — fortitudo*, wird auch in einem Brief des 'Codex Fitalia' (Hs. Palermo, Società Siciliana per la Storia Patria, Nr. I. B. 25) f. 57 interpretiert: *sol = Papst, clipei aurei = Kardinäle, montes = prelati aliarum ecclesiarum, gencium fortitudo = sanctam ecclesiam persequentes*, vgl. Archiv 5 (1824) 372.

⁷⁾ Vgl. Ps. 18, 6.